

Tomus XIII
Miscellanea Philoby.

[Faint handwritten signature or initials]

The
Diff
Gr
In
M
P
Ex
Pe
C
S
A
E
C
E
V
I
E
T
F
G
E



אלהים

De

DIVINO NOMINE

ELOHIM,

& imprimis

Nobilissimâ, eaq; vexatâ multum

Controversia: an ex hoc Nomine plurali, & præsertim

hoc juncto Verbo singulari **ברא**, *Genes. I, v. 1. vi* & ipsâ vocum ac constructionis quodammodò mysterium SS. Trinitatis, vel saltem pluralitas personarum in unâ divinâ essentiâ possit probari?

DIATRIBA PHILOLOGICA

Contra

Judæos, Photinianos, Pontificios, Calvinianos

atq; novatores nonnullos.

Ad Cujus Quest. IX. & Xam.

PRÆSIDE

M. ANDREA SENNERTO,


Lingvæ Sanctæ Professore Publico, & h. t. Collegij Philosophici DECANO,

Respondebit publicè

M. HEINRICUS Meley

Deliciô-Misnicus.

ad d. XVIII. Septembr. in Auditorio majori.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typog.
ANNO MDC XLV.



ELIOT

Notissimus, ad vixit multum
Gonnoveria: an ex hoc Notissimus, & praeclarum

DIATRIBA PHILOLOGICA
Judiciorum Romanorum, Romanorum, & Romanorum

M. ANDREA SENYERIO

M. HEINRICUS

Typis Johannis Rönneri, Acad. Typog. Jan.
Anno MDCXLV.



65
QUÆSTIO IX.

*Quid Nomen אלהים plurale constructum
cum Verbo singulari ברא Genes. I. vers. 1.
adeoq; integra phrasis denotet?*

69. R. Vidimus sic ad eò consideravimusq; paulò impensius naturam Nominis pluralis אלהים, qui notet absolute & in se spectatū vi & ipsa suā quodammodo de Deo uno vero usurpatum, & rectissimè & usitatissimè quidem pluralitatem personarum in unā indivisā essentiā DEI. Succedit nunc Quæstio, illa trita satis vexataq; multum, nec minùs nobilissima (atq; hæc vel ideò talis maximè, si certè aliā nullā præterea de causâ, quia palmaria ferè est sive prima, quæ diligenti & curioso ἐπευντηρήσῃ τῶν ἁγίων γράφῃ Φαίη veteris quidem foederis Θεοπνεύστῃ obviam præcedit) ea nempe quā suprâ modò atq; ex parte jam informavimus, & in frontispicio item imprimis hujus ἀποδείξεως in hunc modum reperitur ferè, quā quaeritur: *Quid jam ergò porrò integra phrasis ברא אלהים notet? vel, quod idem est: an Nomen hoc plurale אלהים constructum quidem, præsertim in loco Genes. I. vers. 1. cum radice ברא Creandi (aliquid ex nihilo), vi & ipsa vocum & constructionis quodammodo mysterium SS. Trinitatis, vel saltem pluralitatem personarum unius indivisæq; essentiæ divine denotet?* Ac parata quidem nobis ad hæc rem in promptuq; est statim responsio: sc. notat ergò quinimò phrasis hæc integra ברא אלהים que succedit jamjam, considerandaque venit nobis 1. non tantum pluralitatem personarum in divinis, sed & 2. simul atq; semel essentiæ unitatem; h. e. verbo: Trinitatem in Unitate, & Unitatem in Trinitate.

70. Enimverò divortium super hac re sententiarum vidimus jam superiùs quoq; & vel ex catalogo saltem allegatorum in utramq; partem Auctorum, in præmio, tum qui pro affirmativa sc. tum qui negativâ stant. Modò illud adhuc statimq; notamus h. l. etiam atq; etiam, qui negativam defendere velit, ex Orthodoxis neminem occurrere nunc quidem nobis; ex heterodoxis, si respectum habeas ad sequioris sententiæ propugnatores, non et-

I

jam

jam adeò multos. Quantumvis vicissim interea hoc facilesque
 damus, haud, qui alias ex partibus nostris h. e. pro affirmativâ
 stant, fateri tamen quoq; omnes, & expressis id verbis quidem vi &
 ipsâ sua vocum & cōstructionis phrasin hâc ac præcisè vel immedi-
 atè id sæpiùsq; celebratissimū verendumq; suminè mysterium in-
 finuare. Enimverò, ut quod res est omninò dicam, qui considera-
 bit impensius, nobiscum altiusq; expendet (neq; enim novi hic ite-
 rùm adferim, aliquid, fatemur, sed vetera saltem inculcam, cōti-
 nuò declaramusq;) rerum momenta ea, quæ superiùs adduximus
 quoties toties, & naturam imprimis, inquam, Vocabulorum
 quorumcunq; in genere etiam, esse nimirum eadem non inania
 aut nuda otiosæ mentis: cujusdam phantasmata, vel signa saltem
 tamen quædam improporcionata; sed ab altiore potius quædam
 naturâ adinventâ eadem excogitataq; ; *ἀπὸ τῆς Δανοίας μετὰ ἀσ-
 δῆς ἐκπεμπόμενα*, quod dicas, à mente sc. inquam, quædam melio-
 re, summoq; cum studio atq; de maximâ industria emissa; & *κατὰ
 σιωδήκην* eadem quidem i. e. ex pacto, eum nempe in finem, ut
 sint symbola atque notæ quædam communes omnibus; ac porrò
σημαντικὰ ea, ut sint nempe significativa, *ὁμοιώματα* sc. *τῶν νοημά-
 των*, signa quædam conceptuum, ut hi rerum; ac talia quidem il-
 la vicissim juxta singulas eorundem minimasq; particulas; insu-
 per quæ exactè, quod deberent, exprimerent, vel secundùm suam
 analogiam aut proportionem, quæ est inter hæc & res, has repræ-
 sentarent; atq; horum quodlibet rem unam certam in sensu suo
 principalissimo; non considerato eo, quod aliò etiam tùm po-
 stea possit transferri quodammodo; item proportionem, quæ
 est fundamentum omnis veritatis, etiam atq; in Sermone præci-
 puè, tam esse servandam, quam diu licet potestq; servari; præter-
 ea sine actu & officio suo vocabulum planè nihil esse; actum ve-
 rò ejus deniq; esse, dictis modis rem, unam certam vel plures, pro ra-
 tione, significare repræsentareq; pro suo, inquam, concesso sibi
 modo & c. & quæ his sunt alia similia infinitaque, penè: hæc, in-
 quam, & similia, qui impensius altiusq; sic nobiscum pensula-
 bit; & dehinc jam simile quid etiam sentiendum esse censebit (ut
 necessariū est omninò, de nomine plur. nostro hoc *Elohim*, ac itè hoc
 juncto

juncto porrò singulari activo verbo : is, inquam, non dubitabit adeò amplius de sua interiore probationis quãdam vi, quæ insit, pro suo, inquam, sibi qualicunq; concesso modo, his vocabulis, vel phrasi (etiam præcisè & sine certo aliquo alio medio) vel quasi etiam non ex iisdem in cognitionem hujus mysterij invehamur saltem quodammodo, aut possimus, nisi accersamus, aut subveniant heïc nobis textus alij S. Scripturæ clariores, ex quibus τὸ εἶναι mysterij hujus SS. multò clariùs cæteroqui pateat. Minimè. Ac de his plus ultra quidem hic, aliã fortassis tamen, moxq; datã vicissim ad hæc occasione, adhuc plura (pertinet enim hæc res quidem forsã magis ad sequentem atq; ultimam Quæstionem, quam huc, prælibare tamen nihilominus eandem hac vice etiam libuit) Nos pergamus interim nunc ad rem ipsam, ne cui fortassis ὑπὲρ τὰ ἐσθλαυμένα φηδεῖν videamur, & quod accidisse nobis, fatemur, sed præter spem quidem omnem atq; opinionem, in totã hujus Controversiæ sive Diatribes pertractatione.

71. Jam, inquam, si ergò sensum pluralem habet ex se & in se spectata absolutè vox *Elohim*, (quod toties in præcedentibus probavimus evicimusq;) & pluralitatem sic adeoq; infert, vi & ipsã suã, personarum in Deo, quid ergò adjecta porrò vel eidẽ annexa præter communem hominiam in frontispicio statim sive limine sacrarum paginarum vox altera ברא singularis numeri illa considerataque eundem in modum præcisè & ratione sui valoris nativi notabit? (Obiter saltem quasi h. l. notamus Irenæum lib. II. cap. 41. pag. 140. adferre nomen quoddam DEI, *Barneth* nempe, quasi quod deducatur à ברא, de quo tamen nobis non constat satis) pluralitatem nempe Personarum alterum quidem אלהים, singularem verò sensum insuper hoc τὸ ברא scilicet, quod notabit adeò essentiæ unitatem indivisam in DEO. Ecce petitum diu, inque involucris verborum & ipsis reconditum suo qualicunq; modo S. S. Triados S. S. mysterium. Neque enim verò heïc audimus vel admittimus Cl. Drusium, qui quasi de concesso sibi hæc sumit in ad diffic. II. Genes. cap. 1. quando inquit: *Talia construuntur vel singulariter vel pluraliter. Si singulariter habetur*

itur sensus ratio, ut in, creavit DEUS: si pluraliter, habet ut ratio terminatio-
 tionis, ut in קרתוים ליהוה DEUS sanctus, cui subnectitur איהו,
 quod ad sensum refertur. Utiq; αυτος εφη, αλλα μεν τ ζητουμενον
 ηδη το εξ αρχης, ως ομολογουμενον, λαμβανει. Plurale quippe enim
 nomen per vocabulum aut verbum singulare ad significationem
 singularem nunquam redigetur. Neutiquam, minimè. Ac
 pluribus eidem ad hæc similiaq; respondebimus infra paulò et-
 jam. Sed esto, inquam, palmarium hoc nunc argumentum.

72. Jam 2. Regulam habemus etiam Grammaticorum sive
 Philologorum, non ab ipsis excogitatam è suo ingenio, sed ex S.
 Literis petitam inq; his firmiter stabilitam, quod ex inductione
 sufficiente exemplorum liquet. V. & conf. superius Quæst. V. the-
 orem. 6. §. 28. Singularibus adhibitum vel junctum explicitè plurale
 (aut vicissim) distributionem notat: addimus, & per consequens et-
 jam multitudinem sive pluralitatem, & suppositorum quidem in-
 substantijs scil. Vel sic: Nomini vel verbo plurni nomen vel verbum
 singulare junctum vel adhibitum distributionem notat, & per consequens
 etiam multitudinem sive pluralitatem &c. Jam non pigebit adscri-
 pisse etiam h. l. iterumq; unum vel alterum saltem exemplum,
 majoris lucis nempe gratiâ; ex. causâ: ויאמר בני גר ובני ראוובן אל משה
 XXXII, 25. quod quod ad sensum idem importat ac si dicas:
 omnes & singuli, vel hi & illi filiorum Gad &c. dixerunt ad Mo-
 sen. Sic: הַבָּקָר הָיוּ חֲרֻשׁוֹת bos fuerunt arantes; Job. I, 14. x. e. hi vicif-
 sim & illi, vel omnes & singuli, quotquot habebat Jobus aratores.
 יֵשֶׁר מִשְׁפָּטֶיךָ rectum est iudicia tua; Psalm. CXIX, 37. h. e. unum
 quodq; tuorum iudiciorum, vel singula iudicia tua. חכמות נשים
 בנתה ביתה sapientes mulieres adificat domum suam, Proverb. XIV,
 1. h. e. quæque sapientum mulierum ædificat suam domum.
 Nunc applicatio ergò fiat hujus vel maximæ saltem suprâ apposi-
 ta, vel exemplorum etiam ad nostrum כרא ליהוה Si, in-
 quam, ergò in humanioribus id fit locutionibus, ut phrases illæ
 distributionem importent sive pluralitatem suppositorû, aut per-
 sonarum, pro circumstantiâ nimirum cujusq; loci &c. cur non
 idem

idem ergo fiet, vel idem iudicium erit informandum de locutionibus divinis, qualis etiam hæc nostra est, h. l. *Genes. nempel. vers. 1.* אֱלֹהִים, inquam, בָּרָא *creavit Elohim*, similesque aliæ v. gr. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים & *dixit Elohim*, cap. ejusd. v. 3. וַיִּרְא אֱלֹהִים & *vidit Elohim*, v. 4. וַיִּבְרָא אֱלֹהִים & *divisit Elohim*, vers. eod. וַיִּקְרָא אֱלֹהִים & *vocavit Elohim*, v. 5. & c. id est, singulæ Deitatis personæ, vel omnes S. S. Trinitatis personæ. Quid obstabit, inquam, quò minus personarum pluralitatem simili ratione, (quam & imprimis dari repeririq; in summo Numine aliunde, ex sacris literis edocti nimirum sumus, ac in re fundamentum adeò habere non nescimus, adeoq; bene iterùm convenire rei rationisq; analogiam) liceat colligere ex vocabulis hisce, vel integrâ phrasi, inquam, vi sua quidem, sicuti ex alijs etiam. Quid obstabit, ajam, nisi fortassis illud, quod diceres; sic introduci quoque pluralitatem quandam Deorum, secundùm & quidem essentias suas etiam distinctorum, non secus atq; in alijs exemplis id fieri videmus. Sed ad hanc Objectionem alibi jam etiam respondimus; & obviam eidem it vicissim medeturque toties tum S. Scripturæ liber, quoties unum etiam Deum inculcat, sapissimeq; id, huncque ratione *græcæ* suæ talem, inquam, indivisumque, quantumvis quod ad personas distinctum vicissim & ipsum hunc. Sed instabis pergesque adhuc, ad priora sic relapsus adeò fermè ruensque: sic non immediatè & præcisè omnia & ex vi suâ vocum aut phrasèos probari, quod ad, inquam, hoc mysterium, pluralitatis nempe personarum, attinet, sed ex S. Scripturâ id potiùs desumi. Resp. Sanè benè, utiq; concedimus, concessimusq; imò id semper, usq; non omnia erui posse ex vocabulis his, vel phrasi hæc integrâ. De quo alio suoq; loco infra paulo etiam in Quæst. ult. adhuc agandum prolixius erit. Sed interim pluralitatem quandam personarum in uno Deo adhuc hinc tamen, ex vocabulis nempe hisce tam, quàm ex integrâ phrasi rectè colligimus; quin imò etiam essentia unitatem, & immediatè etiam quidem illam, dicam. Caterùm idem videris, bone, quisquis es; dicere mihi, ac si ajas (ut parvum maximis, imò minuma cum ter maximis verendisque sum-



mè cæteroqui myſterijs comparemus) ac ſi ajas, inquam, verba hæc vel phraſin, ſuperiùs citatam quoque, haud per omnia tamen noſtræ abſimilem, quod nempe ſaltem modum loquendi atinet: וַיֹּאמֶר בְּנֵי גַר וּבְנֵי רְאוּבֵן & dixit (ad liter.) filij Gad & Ruben, Num. XXXII, 25. vel illam potiùs: וְהַבָּקָר הָיוּ חֲרָשׁוֹת & bos (ad lit.) erant arantes, Job. I, 14. non vi ſuâ & immediatè ſive, præciſè ex ſe dicere vel inferre id, quod tamen inferunt, nempe vi ſuâ & ex valore item regulæ ſuprà appoſitæ, boves nempe plures, quotquot ſc. habuit tum Jobus arantes in agris, vel plures item Gaditarum aut Rubenitarum; ſed illorum pluralitatem petendam demùm eſſe ex deſcriptione numericâ expreſſâ ibi, Num. ſc. c. ejusd. v. 27. illibi verò Jobi nempe c. ejusd. v. 3. Minimè. Utiq; ſic. Utiq;, inquam, adhuc inferit pluralitatem hanc ſive multitudinem ex. gr. taurorum, quam inferre diximus, phraſis hæc, atque illam præciſè, vi ſuâ & ſine ullo alio medio etiam, quantumvis vel ne ſemel quidem etiam in alio loco fuiſſent quingenta Jobi boum juga expreſſa: quæ tamen quia & expreſſa ſunt alibi, adeò multò pleniùs exinde poſſunt ſubduci colligiq; Sanè, hercle, (quod toties vel inculcavimus) ſua quædam vis probandi, pro ſuo quodam modo, nempe quæ ineſt vocibus, pro hac vel illa, aut juxta hanc vel illam formam, inflexionis modum ſeu terminationem, prout nunc vel in ſenſu ſingulari, plurali, nunc activo, paſſivo, præſenter vel in præterito aut futuro tempore &c. ſignificant, remanet illis, concedendaq; hiſeſt, ilicet rem ipſam, vel ἡ ἀόρτα poſſideat, nobis ſuggerat aut ſuppeditet natura, ars aut aliud quidpiã. Sic & h. l. licet expreſſis quidem & conceptis verbis, vel clariùs utiq; etiam alibi proponatur nobis hoc myſterium verendum ſæpiùsq; celebratum; nihil tamen impedit vel refert, quo minùs etiam vi vocum harum aliquid dandum ſit, & ne in involucris verborum horum etiam contineatur id pro ſuo qualicunq; modo quidè, aut hinc poſſit erui. Quouſque tamen id, alibi jamque ſæpiùs diximus: Sic porrò Voces omnes intentionis cujuſcunq; vel notionis primæ &c. dicunt inferuntque vel certè præſupponunt tamen ſaltem noëma ipſum; & per conſequens rem quoque ipſam, vel ἡ ἀόρτα. Sic Solis

nomen (*Sol* singul.) primæ intentionis singularisque vocabulum,
 terminusque simplex vi & sua infert dicitque, imò probat quodam-
 modo, pro suâ sibi concessâ quadam ratione, speciem illam lumina-
 ris magni illius monadicam, nimirum dari, inquam, hanc: quia
 nempe extat tale vel tale vocabulum, cui respondeat ideo ut res
 etiam, necessum hinc est. *Soles* (porròl pur) *Solēs* plures, tametsi in
 natura naturaliter aut ordinariè potiùs non dentur semper. Adeòq;
 in tantum quidem probant vocabula, vi & ratione formæ suæ, in-
 quantum possunt scil. Non obstante eo vicissim, (quod magnum
 magni Drusij alioquin argumentum est, sæpiusque ab ipso iteratur)
 quod Athenæ ex. gr. Thebæ, Salonæ &c. non inferant plures Athe-
 nas, Thebas, Salonas &c. Ad quam objectionem quidem suprâ jam
 etiam respondimus, Q. IV. §. 13. Nimirum hæc similiaq; his alia
 pluralia, tantum talia quæ vocamus, nomina stant pro singularibus,
 atque rei rationisque analogia insuper hæc repugnat, quò minus
 aliquid ejus inferre possint, aut pluraliter significare, quod in no-
 stro exemplo non utique deprehendimus. Sic Syllogismus porrò
 etiam (tertia mentis operatio Logico) probat ac concludit quoq; vi
 & rationæ formæ suæ non raro, ut notum est, multò magis quando
 adhæc materia accedit & quæ non est inhabilis etiâ, sed eidem pro-
 portionata, tametsi non quidem etiâ ex suo foro, quod circa impo-
 sitionem notionum secundarum tantum occupatur, illa sit de-
 lumta, sed aliunde vel ex naturâ aut aliò res, inquam, petantur. U-
 tique nempe iterum, inquam, notionum quidem impositio, aut vo-
 cabulorum etiam, in quacunque id sit fiatque disciplinâ sive arte,
 requirit sibi res his substratas, sed impedit tamen nihil hoc, quò mi-
 nus his & illis, sua nempe cuique insit remaneatque, pro suo sibi
 concesso modulo, probationis vis quadam, etiam sine alio certo ex-
 trinsecò quodam medio: sic etiam v. gr. quam in oratione sive voca-
 bulis collocat quoq; Grammatista aut Logicus vel Orator, tametsi à
ὄντι sive res adsumat aliunde aut illas possideat vicissim vel suppe-
 ditet natura, ars vel aliud quidpiâ Notanter loquimur autē semper.
 (semper inquam) de eâ oratione sive iis vocabulis, quæ sunt *σημαν-
 τικά*, non de *ἀσημαντόις*, vel per accidens talibus, quibus nimi-
 rum congruit bene & satis cum re; à quarum, quam habent possi-
 den.

dentque utique interiori illationis vi & signandi sive significandi actu etiam ex se tali & immediatè & præcisè hic qui est, sine alio aliquo certo externo medio, cur sit recedendum non certè nos videmus magnoperè. At enim agunt de modo hæc probandi aliquid scil. nudè ex notatione ipsâ vocum & usu terminorum seu vocabulorum Logici, ad quos, quotquot sunt, quibus nondum hisce satisfacimus, amandamus. Cæterùm quam id argumenti genus probationis vim habeat vicissim infrâ paulò porro audiemus. Jam ad rem demùm iterumq; revertimur, meritoq; id, à quâ inquam, nimiris fortasse longiùs digressi sumus; Scilicet Regulam illam de constructione vocis alicujus singularis cum plurali suprâ traditam alij porrò paulo aliter informant hunc fere in modum: *Verbum vel epitheton Nominis singulare plurali nomini quando apponitur, significatur quod actio aut qualitas adjuncta vocis unicuiq; eorum per se conveniat, quæ sub universitate nominis hujus pluralis continentur.* V. B. Gerhard. LL. T. 1. de nat. Dei §. 10. conf. & Fr. Junium, Dn. Riveti judicio Virum doctissimum, à partibus his nostris identidem stantem, Gram. sue p. 197. & in ad Genes. cap. 1. Sic v. gr. ergò יהוה אלהינו nostrum significat hunc in modum: omnes tres personæ divinitatis, vel quælibet harum cum duabus reliquis creavit &c. Ac sufficere hæc duo nunc quidem probationis momenta poterant, à significatione propriissimâ utriusque vocis absolutè cum atque in se spectatarum, tum itemque combinatione harum petita, juxta maximam Phil-Ebræorum, sufficienti exemplorum inductione comprobata:

37. Sed urgent alij 3. Constructionis peculiarem modum & inusitatum h. l. nimirum & potissimum: singularis nempe cum plurali, præter & contra communem aliàs regulam & lingvæ proprietatem, imprimisq; inquam, in h. l. Commatis statim primi vocabulis altero atque tertio Verbi divini. Dicunt, a jam, nullo modo verisimile esse Mosem amanuensem quippe Dei fidelissimū atq; sapientissimum contrâ illam usitatam syntaxin & loquendi modum communissimum in scripti sui *θεογενεως* & commate primo statim, primisq; hujus verbis nomini plurali addere voluisse verbum singulare, nisi hoc & diverso a deo respectu
& unita.

& unitatem & pluralitatem in divinis, hac phrasi inquam, insinuare
 voluisset. Si ut una essentia, inquit, (V. Gerhard. *Exeg. LL. l.*
de. S. S. Trin. §. 112.) in divinis, ita quoque una saltem persona in
 Deitate, vocabulo illo plur. numeri populo Israelitico, utpote
 Φιλειδώλω occasionem Moses dedisset ad idololatriam: de industria
 ergo, & ex singulari quodam studio, imò insperante ipso summo Nu-
 mine, factum est, ut plurali adhiberetur singularis, qui reprimeret
 falsos hos conceptus, & ut, quæ alibi in Sacris claris & expressis ver-
 bis inculcatur & unitas & pluralitas in divinis, hac phrasi insinuetur.
 Unde in קטנר בראשית i. e. expositione Genesew's minore, su-
 per hunc textum, cit. Galatino, *de arc. Cathol. ver. lib. II, cap. 9. p. 70. edit.*
Basil. 1550. quidam R בראשית הוננו nomine dixisse legitur: *Nisi hic sermo*
scriptus fuisset, non licuisset dicere: ברא אלהים, *creavit Elohim.*
 Ergo ut subit mysterium hoc, dicere vult, necessum est. Jam iterum-
 que si producas objiciasque illa nobis: Athenæ, Thebæ, Salonæ, tene-
 bræ &c. quæ nullam inferant harum pluralitatem; quoties toties ad
 illa hætenus respondi: ad dimus nunc v. etiam hoc: illa nempe jun-
 guntur etiam non verbo singulari ut hoc nostrum, sed plurali v. gr.
Athena acceperunt nomen suum ἀπὸ τῆς ἀθῆνῆς &c.

Et Thebæ steterant, altaque Troja fuit.

Propert. lib. 2.

Et si quando in super etiam aliubi in locutionibus similibus magna-
 tum ex. gr. *nos Ferdinandus, Rudolphus &c. mandamus &c.* singularis
 cum plurali miscetur quidem, nomen tamen personæ, de quâ sermo,
 est manetque singulare, ut videmus in appositis id fieri exemplis, tan-
 tum syncategorema mutatur, diversum verò hic iterum fit, ubi enun-
 cita ionis subjectum intenditur vel multiplicatur, sic dicendo.

74. Ad parallelismos 4. alij se convertunt, & interpretem sive ju-
 dicem potius Controversiæ hujus præsentis quærunt lingvæ genium,
 & in S. Script. loquentem ipsum Spir. S. inquit: Voces annexas vel epi-
 theta pluralia alia nomini huic plurali subjuncta verbū loqui eidé aut
 sententiam surrogare: ex. gr. Verbum plurale ipsi illi nomini addi-
 tum, quod utique declarativum sit quæstionis vel rei hujus, *Gen. I, v.*
 26 בְּצַרְסָנוּ וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַרְסָנוּ
 K ciamus.

ciamus *hominem ad imaginem nostram*, Sic: **וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים** *& dixit Jehova Elohim ecce homo factus est sicut unus ex nobis, cap. III, 22. conf. superius citata sapius loca in qq. II. IV, & VII. et a singula etiam huc facerent, nisi quod pleraque horum vocabulum Elohim absolute positum & extra compositionem cum singulari respiciunt, & quod prestare debent, efficiunt adeo, nempe pluralitatem solum in divinis probant, non vero tam aperte insinuant unitatem in simul, quam hic locus noster cum sui similibus, ubi singularis adhibetur quoque plurali.*

75. Alij porro 5. phrasi huic nostræ, in præsens quâ de agimus, fulcrum quarunt in eo etiam, quando lingvæ huius sacrioris itemque Scripturarum SS. auctorem (non sine quidem gratiarum actione summissâ pro revelationis modo V. Flacius *Cl. part. I. voce DEUS p. m. 216. lin. 24. conf. it. B. Gerhard in exeg. II. de SS. Trin. § 121. it. in b. l. pag. 20. alios*) admirantur in hoc substitutione nimirum vocabuli alterius pluralis numeri, cum & præcipue, in admirando hoc opere Creationis, quod h. l. describitur (quod sicuti quidem argumentum hi fere ad creationem hominis in specie restringunt, nihil tamen impedit, quò minus etiam ad illam in genere possit adhiberi) tum etiam alibi. Dicunt, inquam, nempe, quod non semel triunū Numen se cognato vocabulo v.g. **עֲשִׂים** *factores* (quod cum **בְּרָאִים** *creatores* familiam ducit) in plurali quidem sese nominare voluerit, non in singulari **עֲשֶׂה** *faciens*; ut adeò opus hoc ter maximum tribusque non uni Creatori attributum velit: ex. gr. **יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל בְּעֲשָׂיו** *letetur Israel in factoribus suis, Psalm. penult. vers. 2. conf. Jes. LIV, 5. &c.* Ex quibus, inquiunt, exemplis animadvertimus, Spiritum S. non temerè aut otiosè verbum plurale in Creationis opere usurpasse; quandoquidem in alijs Scripturæ locis huc respiciendo, plurale de DEO vero Creatore ponens, plures creatores expresserit, & numerum pluralem cum singulari adeò miscuerit: ut & unitatem essentiae & pluralitatem personarum in DEO cupidis veritatis indicaret. Hæc illi. Sed & alibi locorum, ut antea diximus etiam, id fieri in-

quiunt.

quiuntv.g. *Hof. XII, 1.* סָבְבֵנִי בְּכַחַשׁ אֶפְרַיִם &c. *Circumdederunt me in mendacio Ephraim, & in dolo domus Israel: Juda verò adhuc erit dominans cum DEO, קָרָה שֵׁים נְאֻמָּן, וְעִם & cum sanctis fideli.* Ubi, glossa R. Selomonis (quæ tamen ejus verba, ut verum fateamur hunc in modum scripta in ed. Bibl. magn. Buxtorff. reperire non potuimus) ajat: *cum sanctis fideli, i. e. DEO sancto & benedicto, sc. trinuno.* Sic *Eccles. V, 7.* גָּבַהַ מֵעַל גָּבַהַ שְׁמֵר וְגָבַהִים עֲלֵיהֶם. i. e. *excelsus super excelsum custodiens est, & excelsi super eos.* Ubi vicissim Midras: *Excelsus super excelsum, hi sunt angeli, & excelsi super eos, hic est DEUS sanctus & benedictus, trinunus sc. vicissim.* Sed hæc illi quidem. Conf. P. Galatinum *de arc. cathol. verit. lib. II, cap. 9.*

76. Huic argumento jam 6. subjungimus aliud adhuc, quod magis quippe arridet prætereaq; nobis, & ad rem, nisi insigniter fallimur, propiùs utcunq; accedit, quo etiam Illyricus utitur superiùs allegato loco; ab admixtione nimirum crebrâ singularis numeri cum plurali petitum, quæ reperiat, ut alibi, ita etiam in h. l. nostro. Infit sc. laudatus modò Matth. Flacius, Illyricus cit. modò l.: *Sic etiam Abrahamo tres apparent, & tamen ille tantum unum adorat: & mox totus sermo mixtim jam de uno, jam de tribus, jam in singulari, jam in plurali habetur, ut ea numeri alternatione ostendatur & unitas DEI & trinitas personarum.* Hæc, inquam, illa hæctenus, & ex mente maximè, quod impr. membr. 4. 5. & 6. attinet, aliorum quidem.

77. Deniq; 7. (quod & imprimis primo, secundo aut tertio loco dici à nobis fortassis oportebat) urgemus vicissim nos etiam, haudq; id immeritò, vel pensitandum altiùs mage veritatis avido studiosoq; indagatori relinquimus, tot vicibus reiteratam atq; creberrimam nempe, inquam, arctissimamq; Combinationem illam Nominum יְהוָה אֱלֹהִים ejus pluralis quidem, hujus verò singularis essentialisq; DEI nominum. Cujus utiq; structuræ ratio alia nulla dari potest, nisi quod sicuti priore (quod quasi basis seu ὑποκείμενον semper priori loco ponitur) extra controversiam essentiæ divinæ unitas, simplicissimaq; ea, significatur,



ita posteriore המרוח, i. e. non proprietates sive attributa inseparabilia potestatesq; , multò minùs saltem honor & majestas divina solùm, sed tres per se subsistentes quidem proprietates in divinis (veteres Ebræi tres המרוח â rad. מָרַר mensuravit appellitarunt v. & conf. Galatin. de arcan. catb. ver. lib. II, cap. 8. alii verò nonnunquam etiam פָּנִים facies, â rad. פָּנָה dixere) id est, Personæ, adeoque id quod maximum absolutissimumque & imperscrutabile in unâ venerandâ hac Deitate est, insinuetur. Unde & hoc, אֱלֹהִים, potissimum & tam crebrò, (non אֱלֹהִים vel אֱלֹהִים, aut aliud) combinavit genius lingvæ hujus vel Spiritus S. procul dubio omni cum illo יְהוָה, quod quippe aliud nullum tam intimiore nexu, (ἐν ἀλλήλων ἐμπεριχώρησιν tum postea quem vocant) eum hoc copuletur, quàm, inquam, אֱלֹהִים יְהוָה

78. Ac manum sic vicissim de tabula hac etiam, (quod ad præsentem quoq; hanc Quæstionem attinet) retrahere nunc denique quidem possemus; sed ut omnem removeamus lapidem aut scoputum, qui veritatis avido sectatori impedimento esse, imò præcipitem eundem non tantùm dare ab hac posset, Objectionum denique nonnullarum robur etiam, quæ cum per integrum in hac nobilissimâ controversiâ circa phrasin, inquam, totam אֱלֹהִים tum etiam vocem אֱלֹהִים absolute & in se spectatam, afferri solent ab antagonistis nostris, experiemur hac vice. Enimverò quis cum singulis tamen adversariorum conferre manus sustineat quoque? Quod sicuti audaciæ cujusdam esset: ita cum nemine vicissim tamen formidinis nimix. Ac quæ à Photinianis quidem, Socino, Enjedino, aliis, locis suprâ in proëmio, alibi, citatis, itemq; à Pontificiorum coryphæo, Bellarmino de Christo lib. II. cap. 6. & similibus adferuntur, dudum explosa reperias, videas, apud alios etiam (V. impr. præ cæteris Joh. Alsted. in Lex. Theolog. de hac voce, Elohim. nempe, p. m. 75.) & à nobis factum id est jam quoq; utcunq; sparsim quidem, & quasi obiter vel aliud agendo, in præcedentibus. Itaque etiam de industriâ nec nobis hac vice res erit cum Cll. Buxtorfio atq; Drusio: qui tamen & ipsi nihil hac in parte novi adferunt præterq; ea, quæ jam dicentur mox, aut elisa dudum sunt quoq; Veniam, inquam

quam, dabit nobis, qui hanc controversiam omnium novissime,
quod sciamus, fecit quoq; suã, & cum *κατασκευαστικῶς* tũm *ἀνασκευ-*
αστικῶς etiam pro negativã sententiã pugnat, nodosq; adeò, quos
stringit finxitq; sibi tũm, tũm & præcipuè adversæ suæ parti solven-
dos reliquit, Belgij, inquam, lumen aliàs prænobile, Vir doctissimus,
extra controversiam, juxtã atq; humanissimus, cujus humanitatem
planè singularem etiam nos aliquando præsentis illi persensimus,
Andreas Rivetus, Theologus & Prof. Leidensis, in *Exercitat. suarum*
in Genes. exerc. I. per pag. 6. 7. 8. 9. seq. Ad hujus, inquam, argumenta,
quæ tamen & ipsa maximam partem, fatente & ipso, ex Bened. Pe-
rerio, adde & R. Bellarmino in apurum producit vicissim, hac vi-
ce placidè respondebimus.

79. Primò, (inquit doctiss. Vir) notat (sc. B. Pererius) Magistrum
sententiarum hujus sententiæ primum autorem fuisse, quod h. l.
mysterium Trinitatis significaretur: meritò autem mirandum esse,
neminem priorum Scriptorum, saltem Origenem & Hieronymum,
Ebraicè scientissimos, curiosissimos & observantissimos earum
rerum omnium, quæ ad mysteria fidei nostræ confirmanda faciunt,
aliquod h. l. mysterium contineri, non esse subodoratos. Resp. At
enim concessio hoc, & per omnia etiam, quid inde? Enimverò huic
quidem Objectioni palmaria, ob auctoritate tamen desumptæ hu-
manã, quã & ex parte utitur Enjedinus suprã cit. l. obviam
mox processimus etiam qualitercunque in præmio V. ibid.
§. 2. Nunc Theodorito etiam addimus Justinum in *Dial. cum*
Tryph. pag. 222. Tertullianum *advers. Praxean, cap. 12. & c.* Huc re-
ferimus etiam (cujus suprã mentionem fecimus quoq; §. 52) illud,
quod notat Burgenus, Galatinus, alij, antiquissimos quosq; DD.
Ebræorum intellexisse, quod phrasi hac nempe, & imprimis nomi-
ne *אלהים* plur. notetur pluralitas personarum in Deo, dum ex-
posuerunt: *Deus* & *בית דין* *domus judicij*, per quorum alterum
essentiã divinã unitatem, per hoc personarum trinitatem insinuare
voluerunt V. *loc. cit.* Nec utiq; quæ præterea alia antiquitatis te-
stimonia pertinentia huc citat præsertim Galatinus *lib. II, cap. 4. & 9.*
ignota, procul dubio omni, his Scriptoribus esse potuerunt. Ut sanè
adeoq; sententiarum magister Lombardus hujus sententiæ auctor
primus esse non possit: ilicet vel Origenes etiam aut Hieronymus
nihil ejus scriptis suis inseruerint.

80. Pergit 2. Dn. Rivetus & notat, discrepantiam illam inter *Elohim* numeri pluralis, & *Bani* singularis, non habere mysterium, sed esse Idiotismum lingvæ Ebrææ, in quâ frequentes tales ἐνάλλαγαι reperiuntur, ut *Num. XXXII, 25.* וַיֹּאמֶר בְּנֵי גַד & *dixit filij Gad,* pro *dixerunt.* Sed præsertim talem Enallagen locum habere in nominibus Domini, quæ etsi pluralia, jungantur tamen verbo singulari, ad summam, ut velint Ebræi, majestatem exprimendam, vel ut iidem dicant, ad indicandam pluralitatem virtutum in personâ dominante, ut: *Exod. XXI, 4. & v. 9.* Ex quibus videtur, inquit, pergitq; talis Enallage carere mysterio, cum usitata sit, non solum, ubi de Deo, sed etiam ubi de hominibus agitur. Resp. Verum enimverò & hoc telum dudum infregim⁹ per totam hanc Diatribam, impr. in qq. V. & VI. De superfluo addimus jam: Idiotismum esse in hac cum phrasi nostrâ, de quâ sermo est, tum & vel maximè in reliquis allegatis à D. Riveto exemplis similibusq; non negavimus unquam, sed concessimus imò, concedimusq; lubentissimè etiam nunc, sed consequentiam negam⁹; non ideò contineri hoc mysterium. At n. inquam, & quæ ratio adhibiti hujus vel illius Idiotismi sit, quæ subsit, etiam hoc imprimis jam quæritur; an una ideò eademq; omnium? an porrò, quia alibi similes locutionū modi honorè saltem vel pluralitatem virium atq; virtutum nudè denotant personæ, ideò & in hac nostrâ phrasi? an negari id quoq; potest, quæsumus, μερισμὸν ἢ διάθεσιν non rarò illos denotare aut aliud quid, & per consequens etiam pluralitatem suppositorum? quod vel ex adducto unico hoc exemplo *Num. XXXII, 25.* constare potuisset, alia ut taceamus, quorum copiam quandam superiùs dedim⁹, saltem vel *Q. V. pron. 6. §. 28.* Potiùs ergò stamus adhuc in regula superiùs allegatâ, bis quidem, circa hanc rem, sufficienteq; exemplorum inductione comprobatâ *l. alleg.* item in commixtione, extra ordinem, singularis cum plurali, ac nativâ utriusq; principalissimâq; significatione, à quâ, nisi insignis rei absurditas id svadeat, recedendū non est. Sic in reiporrò rationisq; exactissimâ analogia, quæ est, inquam, inter mysterium hoc & phrasin, &c. In duobus cæterâ posterioribus allegatis exemplis non dissentimus per omnia ab ipso, si concedatur modo id nobis, ut fieri necessum est, pluralia illa (ratione termini inquâ talia) valere

valere non in sensu palmario, sed tralatitio saltem: quem tamen non ideo & undicunq; ergò affingendum vel affricandum esse dicimus divino huic, $\tau\omega$ אלהים nomini, rejecto præter rem omnem & necessitatem palmario.

81. Inquit 3. porrò & pergit laudatus modò auctor: admodùm improprie sic Mosen locutum esse, sequi nempe; si hujusmodi locutione indicare sc. voluisset mysterium Trinitatis: quia non proprie dicatur de personis divinis, quod sint Dij, alioquin etiam dici posse, quod sint multi Dij, vel tres Dij, quod tamen in Scripturâ damnetur; nec etiam rectè loqui eum, qui diceret: personæ divinæ creavit mundum, dicendum enim esse: creaverunt. Resp. 1. annon ergò ideo statim rectè loqueretur ille, qui mysterium S.S. Trinitatis descripturus, uteretur plurali sermone (præsertim in fontibus s. Ebraicè) vel numero etiam, quod faciunt S. paginæ? quod est has, inquam, ipsas incusare. V. gr. si dicas cum S. Script. אלהים , vel cum Ebrais veteribus tres מדות vel פנים vel in Latio etiam sermone: personæ tres Divinitatis; sicuti D. Johannes etiam: $\tau\rho\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ $\epsilon\iota\sigma\omega$ $\acute{\alpha}\nu$ $\mu\alpha\rho\tau\upsilon\rho\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\varsigma$ $\acute{\epsilon}\nu$ $\acute{\epsilon}\rho\theta\upsilon\omega$, ejusd. *I cap. V, 7*. Jam 2. quid nobis cum Latio sermone hac vice quidem? quod illibi rectius multò, hic inconcinnius incompetensq; planè vocabulum esse potest. 3. Nec unquam dixim⁹, dicet aut dicat aliquis $\tau\delta$ יהוה sonare vel significare *Deos*, multò minùs plures vel multos *Deos*: sed *personas* plures vel tres uniq; quid. Deitatis. Introduce enim vi suâ atq; lege civitatis suæ Latium. *Dei* vel *Dij* plures essentiâ (si darentur reverâ) diversosq; *Deos* vel distincta potiùs idola; secus quàm nostrum *Elohim*, quod plures unius Essentiæ personas notat. 4. Nec utiq; (concedimus) rectè loqueretur is Ebraicè (multò minus Latinè; idq; nec unquam) qui diceret: אלהים ברא , *personæ divinæ creavit* &c. nisi prius ita loqvuta fuisset ipsa sapientia divina s. Spir. S. Unde optimè R. Hunna, quem suprâ etiam citavimus: *nisi hic Sermo ita fuisset scriptus, non licuisset dicere: אלהים ברא , creavit Elohim.* Porrò jam 5. quia verò ita locutus est Spiritus; sacer DEI, non id frustra factum esse censendum est, quod miscuerit nempe pluralem cum singulari, quia & alibi planiùs, clariùs, expressis, conceptisq; verbis se explicat & phrases similes etiam alibi, haudq; rarò non

auxelin



auxesin quandam tantum, sed & pluralitatem virum, virtutum, proprietatum, quin imò suppositorum atq; personarum inculcent.

82. Si ideo 4. in fit D. Rivetus, Moses nomen plurale junxit singulari, ut denotaret personarum pluralitatem, & essentia unitatem, cum aliàs de Deo loquens *Genes. XX, & XXXV*, conjungat nomen Elohim cum verbis numeri pluralis, personarum divinarum non solum multitudo, sed etiam diversitas naturæ significari videretur. Resp. 1. Utiq; rectè dicit *videretur*: neq; enim quid videri heic alicui poterat videndum, sed quid deceat videri aut videre. 2. Antecedens asserti hujus membrum solvit statim non nihilq; posterius, aut certè poterat. Ideò enim, ne in locis *Genes. XX, & XXXV*, similibus, intelligatur concipiendas esse plures diversarum naturarum personas, sive Elohim tales multos, ideò, inquam, *Genes. I*, mox commate primo miscetur cum plurali singularis, qui illū quasi tēperat restringitq; suo modo vicissim. 3. Personarum utiq; multitudo non tantum, sed etiam diversitas secundum cujusq; essentiam sic introducetur, nisi qui alibi & verbis (ex. gr. in II. allegatis *Genes. XX, & XXXV*, similibus) & dictis item integris clarisq; se manifestavit distinctum esse ratione personarum sive *τρισυπόστατον*, idem & alibi juxta & continuò hisce modis (ex. gr. *Genes. I, 1*, alibi) alijsq; inculcasset se etiam Unum Elohim, Jehovam, in quā Elohim, atq; id vix non toties, si non plusculum, quoties illud, de quo pluribus alibi diximus. 5. Termini, ut monent etiā vel Logici, sive nomina, non sunt accipienda in hunc modum, prout nempe libet, sed prout licet & res postulant; sc. secundum analogiam quæ est inter hæc & res: quod utiq; imprimis etiam observari debet in allegatis II. *Gen. XX, & XXXV*, similibusque.

83. Placet 5. & pro Bellarmino facere Riveto, & hoc uti argumento ex libro ejus de Christo, II. cap. 6. (Libro enim V. cap. 5. de Christo hæc non habentur) nomina nempe illustrium personarum poni in numero multitudinis, licet verba retineant numerum singularem. R. 1. aut id intelligit, uterque quidem, fieri in lingua Ebraëa aut alijs, v.g. Latina &c. si posterius, quid ad nos tantopere

topere, hac quidē vice, quā Latio aut alio sermone utaris aut exprimas aliquid; (in foro enim gentis Eberinæ hac vice, ejusdemq; sacris voluminibus versamur) quanquam non semel etiam de eo diximus in præcedentibus, ac diversitatem item similium locutionum ostendimus. 2. quod si prius verò velint, intelligunt ergò id vicissim vel de personâ primâ plurali Verborum, in qua sic loquantur magnates, (quod tamen non putamus velle ipsos, quia statim subjiciunt: *licet verba &c.*) tūm, inquam, id ergò negamus constantissimeque, freti locis scripturæ, ex. gr. *Genes. XIV, 21. cap. XX, 9. cap. XLI, 40. 41. & 44. Exod. V, 2. 2. Reg. V, 6. Esdr. I, 2. cap. VII, 13. & 21. Dan. cap. II, III, IV, V, VI, &c.* quæ & ipsa superius adduximus *Q. V, theor. 7. § 33.* Si verò de Nominibus, in specie, pluralis numeri intellectum id velint, ut videtur, quæ ponantur in hoc numero reverentiæ personæ ergò aut propter simile quid: tunc, inquam, concedimus id fieri in nonnullis quidem, sed consequentiam negamus jam, quod nempe nomen plur. *Elohim* de Deo vero usurpatum, hunc in modum scil. nec paulò aliter usurpetur. Contrarium enim ejus rei in superioribus satis evicimus; ut verbo non opus sit adhæc.

84. Additur 6. ex mente Cardinalis: Ubi etiam (Robert.) hoc urget, quare liceat Ebraicè de divinis personis dicere **אלהים**, **יהוה** *iverunt Dij*, (debuisset autē reddere vel legere: *personæ SS. Trinitatis*, vel *Elohim* saltem retinere) 2. *Reg. VII*, & tamen Latine non liceat? Et nullam (pergit & addit Rivetus adeò) esse rationem respondet (Robertus scil. iterum) nisi quia Ebræorum consuetudo est, ut nomen plurale rem singularem significet, quam consuetudinem Latini non habent. R. 1. Rectè quæritur quin imò an, & cur dicere liceat Ebraicè: **אלהים יהוה** & respondetur à nobis bene, quia utrumque plurale est, & rei rationisque analogia probè conveniunt inter se. Sed 2. non debebat reddi ergò per *Dij*, (qui error fons & fundus est fere omnium reliquorum) quod vox hæc etiam essentiam adeò divinā variaret, & multitudinem Deorum secundum naturam, inquam, suam talium, s. distinctorum etiam introduceret, ut fit ferè, atq; valet hoc vocabulum in Latio foro: verum 3. *personæ*, vel tres unius Deitatis personæ

sonæ iverunt (conf. historiam descriptam impr. *Genes. cap XVIII, & XIX*) vel S. S. Trinitas &c. Non enim satis habent, quod conveniens sit & respondeat exactè huic nostro, vel Græcus aut Latinus sermo, sicuti, nisi fallor, semel jam suprâ diximus etiam. 4. atq; hæc ergò vera ratio est, cur Ebraicè, non verò item Latinè sic rectè dicere liceat: *iverunt Elohim*, inquam, non verò *iverunt Dij*. 5. Minimè ergò illa est, quæ subjungitur, inquam, ratio horum superiùs adducta: ac tametsi etiam (concesso, non dato) nomen plurale hoc singularem rem significaret, tamen ad Quæstionem propositam responsio illa nondum quadraret satis, quia & dubium hoc 1. adhuc remaneret nihilominus: cur nempe singulare quod ad sensum tale quidem nomen plurali scil. verbo, extra proportionem communem & usitatam, addatur; & 2. illud etiam insuper: hinc verò junctis duobus pluralibus vocabulis Ebraicis, minus tamen rectè Latinus etiam sic loquatur; & item 3. deniq; istud: cur cum ad exprimendum rem unam sive unum conceptum & Ebræus & Latinus suo idiomate & rectè quidem quilibet utatur, quilibet, inquam, ex lege suæ civitatis, eccur tamen non uterq; idem ergò dicat exprimatve?

85. Addit (7. inquit & pro Cardinali facere amat, studet, ac instat adeò ipse etiam Dn. Rivetus) nec Hieronymum nec *LXX*, vertisse, *Dij*, nec ullum ita vertere ausurum, quod argumento est, inquit, in illis locis nomina illa pluralem significationem non habere, sed singularem. R. vicissim 1. nec voluerunt, nec quin imò debuerunt ita verter, enempè *Dij*, dicti *ἑμὲ θεοῦνεῖς*, aut debet etiam quisquam alius. Nec 2. circumscribere etiam operosè, quod tot vixq; non in infinitis extet locis, illud voluerunt, sed 3. concisiori & simplicissimo illo DEI vocabulo, eoq; essentiali, contenti fuère, quod tamen, ut notum est, etiam personaliter nonnunquam significat; quamvis non eodem planè modo, ut nostrum, quod collectivum nempe insimul nomen est, de quibus infrâ mox in *Q. ult.* 4. imprimis *LXX*, (sed & haud seciùs multò alij interpretes quoque inter Ethnicos, Christiani ipsi nempe sive fideles Deiq; veri Cultores, degentes olim quidem) minime *καθεδωλοῖς* illis, ἢ *φιλειδωλοῖς* reddere eo occasionem voluerunt.

sunt idololatriæ] cujusdam s. Proinde res hæc nulli argumento est (nihil minus, quæ enim sequela, quæso?) in illis singulis locis nomina pluralem significationem non habere, sed singularem? Ανακόλῃθον.

86. Urget deniq; & 8. Bellarminus, ac cum illo adeo Rivetus, Contradictionem, quæ hac ratione necessariò insit sacrae Scripturæ. Si inquirunt (uterq; sc.) nomen *Elohim* in textu Ebræo haberet pluralem significationem, ubicunq; invenitur in numero multitudinis, esset apertissima & frequentissima contradictio in verbis Scripturæ, siquidem frequentissimè legimus unum tantum esse Deum, & tamen frequentissimè etiam legeremus Deos. Non esse autem credibile (inquiunt & pergunt) voluisse Deum his apparentibus contradictionibus perturbare populum suum & adversarijs blasphemandi occasionem præbere R. i. eja, ergone Spiritus S. vel etiam sancti Dei homines *Φερόμενοι ὑπὸ τῆς πνεύματος ἁγίου, 2. Petr. I, ult.* nesciverunt quomodo ritè satis eloqui, sermonem suum informare, vel quibusnam, inquam, uti vocabulis debuerunt hic vel nunc? nam etiamsi vel ne unquam quidem etiam τὸ *Elohim* pluralem haberet significationem, vel quoad sensum tale esset (quod idem est) non cautè tamen satis adhibuissent ergò id plurale, (quod hujusmodi est scil. ratione termini) cum potuissent sanè singulare Eloah; vel solâ enim hac terminatione perturbare Lectorem satis etiam potuissent, possunt, & adversarijs blasphemandi occasionem adeò præbere. 2. ac tametsi intendissent jam hoc plurali (ratione sensus) ut faciunt utiq;, pluralem significatum vel pluralitatem quandam, non tamen idèò statim in culpa sunt, aut perturbant lectorem, quasi verò ergò concipere animo is aut fingere sibi deberet plures numero Deos, sc. eos ratione suæ essentiæ tales distinctosque, sed saltem apprensens contradictio quædam est, ac vitio interpretis aut malè accipientis vel sinistrè judicantis de hac voce, nec intelligentis satis; eam & exactè, vimq; indolemque hujus nominis id adscribendum est, adeòque saltem, inquam, ut loquuntur ipsi illi Scriptores, apprensens contradictio quædam, non vera esset: 3. sic enim vel hinc aliàs etiam colligere, aliquis posset apertissimam,

ac frequentissimam eam quidem, S. Scripturæ contradictionem, ubicumque conceptis expressisque verbis tres esse in divinis (ὁμοθεότητες) & vicissim ubicumque unum tamen tantum esse etiam Numen asserit eadem. Imò multò magis. Quæ enim utrobique quæso rationis diversitas est? 4. At enim porro scimus etiam jam, Unum esse Deum quidem, ideo *Elohim* non plures vel tres Deos, sed totidem personas saltem in DEO notabit. Et 5. sicuti R. שמלאי quidam (cit. Galat. de arcan. cath. ver. lib. II. cap. 9) respondisse legitur in exposit. libri *Genesew*, quæ R. Mosi hadarschan adscribitur, quibusdam sciscitantibus hæreticis: quot Dij nimirum creaverint mundum? quod, inquam, his ille: idem, a jam, rectè deniq; etiam reponimus h. l. Bellarmino & Riveto; qui (R. Semlaj) ita ibidem: *ego & vos quæramus*, inquit, à diebus antiquis, (vel ut alibi scriptum reperitur): *ego & vos quæramus à lege*. Nam creaverunt Dij non est scriptum, sed in principio creavit Dij: Et cum instarent illi, respondit: in omni loco in quo invenis pro hæreticis objectionem, invenis quodq; medicamentum illius in latere ejus. Et cum dicerent ei: ecce scriptum est (Deut. IV. 7.) quæ gens est tam magna, quæ habeat Deos appropinquantes sibi: Ecce duo רשׁויות id est, principia. Dixit eis: legite finem versus: sicut יהוה (Dominus) Deus noster in omni invocatione nostrâ ad eum; non enim scriptum est ad eos, sed eum. Ajunt illi, ecce adhuc scriptum est (Jof. ult. vers. 19) לא תוכלו לעבד את יהוה כי אלהים קדשים הוא i. e. non potestis servire Deo, quia Dij sancti ipsi. Dixit eis, legite finem textus. Non enim dicit: quia Dij sancti ipsi, sed quia Dij sancti ipse. Dixerunt iterum ei: ecce scriptum est (2. Reg. VII, 23.) ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ אשר הלכו אלהים לפרוץ i. e. & quis ut populus tuus, sicut Israel gens una in terrâ, ad quam iverunt Dij ad redimendum; ait illis iterum: legite, quod consequenter scriptum est: non enim להם i. e. sibi pluraliter scriptum est, sed ad redimendum לו i. e. sibi singulariter. Cumq; rursus dicerent ei, ecce scriptum est apud Jerem. (cap. XXIII, 36.) ודפכתם את דברי אלהים חיים i. e. & pervertistis verba Deorum viventium, ait illis: legite finem literæ: non enim scriptum est, Domino-
rum

rum exercituum, sed צבאות יהוה Domini exerci-
 tuum Dei nostri. Hæc ibidem ille. Quæ bene satis verba ejus
 imò mirificè nostro instituto conveniunt. Et enim in h.l. no-
 stro non tantùm (sc ברא אלהים) & pluralitatem (adeoq̄
 saltem personarum illam, non Deorum) & insimul etiam unita-
 tem statim inculeat ipsa divina Sapiencia, ac sæpiùs etiam passim
 aliàs, (ut ex locis allegatis videre est modò) sed alibi sæpissimè
 id cavet expressis clarisq; dictis ac testimonijs, νεπολυθεϊαν animo
 concepiat foveatq; aliquis, quando Unum sc. Jehovam, Deum esse
 monet seriò: *Exod. XX, 2. seqq. Deut. VI, 4. cap. XXXII, 39. Jes. XLIV,*
6. & 8. cap. XLV, 5. & 6. cap. XLVI, 9. alibi, & simul etiam trinum,
sc. in personis: Psalm. XXXI, 1, 6. Jes. VI, 3. cap. LXIII, 7. seqq. Ut
 adeò non sit quod contradicat sibi (aut metuant certè saltem il-
 lud sibi Dn. Rivetus & Cardinalis) S. Scriptura, etiam tum, quan-
 do invenitur in textu Ebræo nomen *Elohim* in numero multitu-
 dinis, quoad sensum, & quando legimus etiam unum tantùm
 esse Deum. Saltem cautio, quam ipsa S. Scriptura vel statim *Gen.*
I, vers. 1. vi phraseως אלהים ברא adhibet, & alibi, adhibea-
 tur; & satis concordabit Scriptura. Nec *Dij* proinde statim con-
 cipiatur significare id nominis, nempe אלהים (qui error est,
 quem toties repressimus) quia plurale, est, & אלה
DEUM significat; sed *personæ plures* unius Deitatis: ma-
 nente sic utpote interimq; etiam nihilominus vi suâ pluralitatis
 numero, illicet non notet etiam, inquam, statim plures personas
 secundùm essentias suas distinctas, sed tales, quæ habent unam
 quandam quidem communem *ἑσῖαν*; quod suprâ rationem o-
 mnem est dicere vel cogitare quidem & contra hanc item, sed non
 tamen sapientiâ divinam est, quæ & אלהים יהוה & plu-
 ralia cū singularib; toties hinc conjūgit. Agit enim porrò, ut huc
 etiam accommodem; jam utcūq; illud philosophorū, quodlibet
 agens pro sphaera suæ activitatis. Seil. enim sic exercet etiam offi-
 cium suum nomen hoc plurale *Elohim*, in quantum nimirum id
 permittit debita ejus cum re convenientia, sive in quantum con-
 venit eidem necessariò cum hac, ut fieri quippe debet omninò.
 Significat ergò, ut ratione termini quidem, ita etiam ratione sen-
 sus

sus, pluraliter, vel infert pluralitatem quandam: porro &, quia
 nomen substantiæ est, sive de Ente subsistente per se accipitur,
 pluralitatem suppositorum quandam; & quia de subsistente in-
 telligente, personarum deniq;: sed quia in tantum actus, vel eo
 usq; se ita officium ejus (sicuti quarumcunq;, vocum aliarum)
 extendit, ut significet, non aut casu vel fortuito, aut progenio
 & voluntate cujuscunq;; verum in convenientiâ modificatâ &
 certâ cum re: ita, inquam, hoc etiam jam plurale nomen perso-
 nas quidem distinctas verè & realiter se invicem denotat in divi-
 nis, sed non easdem proinde etiam juxta essentiam suam sive
Ques diversas; quia nempe id non res postulat, & Deitatis super
 omnia supereminens hoc proprium solum est; licet in natura-
 libus vicissim sive naturâ naturatâ aliud atq; diversum ob hoc
 contingit.

QUÆSTIO X. & Ultima.

*Quam probationis vim habeat, an solidioris
 nimirum argumenti, an secus, illatio hæc ex
 integrâ phrasi ברא אלהים, vel etiam nomine
 אלהים absolutè & in se spectato petita: item;
 an etiam S.S. Trinitatis (in specie) myste-
 rium hinc probetur: & denique quale
 hoc sit Nomen Elohim. & quid
 notet?*

87. Resp. Postrema hæc quidem Quæstio est, sed una tamen ex
 præcipuis; & prima quasi crepido est, in quam, quotquot non accu-
 ratè sed saltem per transennam quandam quasi vel obiter saltem in
 naturam Nominis divini hujus, אלהים scil. vel integram etiam
 phrasin introspexerunt, in primo limine impegerunt & in ipso portu
 statim naufragium fecerunt miserè. Inde factum nempe est, ut vel
 non.

non solidioris admodum argumenti vim alij, alij vero planè nullam huic sive phrasi sive dictioni in se spectatæ ad probandum S.S. Trinitatis sacratissimum mysterium, vel saltem etiam pluralitatem personarum in divinis, inesse putarint: unà cum balneo sic sive loturâ, quod dixeris, ipsum infantem q. rem charissimam quidem omninò, statim effundentes, projicientes, perdituri mox eundem penitus, & se atque alios etiam tanto thesauro, (de quo sibi tantopere gratulatur Augustinus in h. l. alij) in verborum & ipsis involucris ac primis quidem iisdem in Verbo Dei scripto, à Spiritu S. sapientissimè recondito repositoque privantes. Certè Calvinus, ut solet, pro more suo sapiùs, id argumenti, quod ex his vocibus desumimus, *gl. ssam violentam*, vocat. Quod ex hac appellatione plurali numero elata, inquit in h. l. sive Genes. 1, 1. quidam colligere solent, hinc in Deo notari tres personas, parùm solida videtur tanta rei probatio. Imò verò monendi sunt Lectores, ut sibi à violentis hujusmodi gl. ssis caveant. Putant illi se testimonium habere adversus Arrianos, &c. Cujus & hæc verba citantur contra nos à Dn. Riveto in h. l. Haud his absimilia habet etiam Martyr in ipsum illum locum, dictum nempe, scribens, frivolumque non tantum pronunciare id non dubitans, quod dicatur Verbum singularis numerici cum nomine plurali Elohim conjunctum fuisse ideo, ad nempe unitatem Dei designandam. Mercerus inquit etiam in h. l. p. m. 7. col. 1. *Judeis equidem favere nolim, nisi ubi pro illis res aut veritas aperte facit. Ex aliis Scripturæ locis apertius & expressius potest trinitas confirmari, & efficacius adversum illos (Judæos) est pugnandum, ne nos illis ridiculos præbeamus lingvæ eorum imperitiâ. At cum illis ego lingvæ etiam proprietati id tribuerim, &c. V. illum. Confer & Cl. Sixtinum ab Amama, Antibarb. Bibl. lib. 2. ad h. ipsum locum; qui novum hoc & imbecille argumentum vocat, quod ex h. l. deducitur. Ubi etiam hoc addit: Illud saltem notabit tyro. non hoc egisse magnos illos viros (intelligit juxtà post Pontificios Scriptores nonnullos, suprâ citatum Calvinum, item Mercerum, Paræum, Drusium &c.) ut arduus ille de S.S. Trinitate articulus hoc tibi sine ablato collabasceret, sed ut Theologos in gravissimâ istâ questione cum subtilissimis hæreticis disputaturos docerent. solidioribus argumentis esse adhaerendum. Hæc ille: ubi etiam Thomam Angelicum, itemque megalandrum nostrum.*

B. Luth.



B. Lutherum pro se, in eandem scilicet hanc sententiam, citat. His haud meliora etiam habent Th. Cajetanus *hic*, & Bellarminus *lib. 2. de Christo, cap. 6.* (qui, posterior, argumentum *non solidum admodum* vocat) alij. Quibus tamen omnibus, singulis, duriora multò adhuc habet, atque in apicem hæc proscribit J. Drusus verba, cum alibi, tum & præcipuè *in ad difficil. II. Genes. cap. 1. Nonne belleboro, inquit, curandus is est, qui ex numero illo* (intelligit plurali vel duali *Samaim*) *colligit duos tantum cælos creatos esse. Quid?* (pergit) *an ideo plures tenebræ, quoniam in Latia non auditur tenebra numero singulari? Quis ad hujuscemodi ineptias non pelvim poscat? Si Elohim vi numeri pluralitatem innuit, cur non etiam Adonim? &c.* I: ille, plus scil. proh, nimio, immerentibusq; nobis. Qui mitissimè deniq; sentiunt, non immediatè ex hac vel voce vel phrasi, vi & ipsâ, inquam, harum vocum & constructionis quodammodo mysterii id probari posse, negant.

88. Sed enim verò Contrarium ut ex hæcenus dictis & præcedentibus adeò QQ. satis elucescit, & ad oculum, imò nauseam à nobis demonstratum est, ita in specie tamen, quam nempe illationis vim habeat id argumenti generis in probando hoc summo mysterio sive fidei articulo, & quonam id loco nos reputemus, dicendum denique paucis etiam nunc est. Equidem verò Viris Theologis ex professo id si etiam dijudicandum vel edisserendum relinquamus, dicent hi fortasse: mysterium id, pluralitatis nempe personarum in Deo, insinuari quidem hoc vocabulo plur. numeri, *Elohim* nempe, vel item integrâ hac phrasi *ברא אל הים*, verum pro dispensatione illorû temporum ac juxta patefactionis in V. T. quidè modû usitatû; cuj vicissim tamen ut notum est, dantur gradus quidam distincti V. & conf B. Chemnit. *L. de Deo, cap. II. reg. 1.* Gerhard *LL. T. I. §. 31. in exegef. loc. II. §. 53.* alios. At enim utique ergò non id affirmatur ab ipsis quoque, in acie primâ contrâ hæreticos antitrinitarios, vel quoscunq; etiam, id argumenti stare, collocariq; debere aut posse, sicuti id nobis quidem, quasi hoc fiat, imputatur ab adversâ nobis parte, ut patet hoc satis ex allegatis suprâ locis. Sed enim verò nos quidem quod attinet, nihil vicissim tamen solidi inesse huic argumento, & imbecillius planè id esse, quàm ut inter alia saltem etiam hæreticis opponatur, quin imò ad probandam

dam fidem Christianam, quod ad hunc articulum, penitus esse inutile, aut violentam glossam quandam; porro à quâ abstinendum omninò sit, & quæ cedat infidelibus saltem in irrisionem, (quæ ipsissima mens est quippe adversariorum nostrorum) in eo nullatenus quidem nos cum his sentire possumus: potius verò dicimus, omninò juxta & cum reliquis eidem locum esse concedendum suum in hoc articulo, & ut verbis utar D. Augustini, nos delectat per plurimum, quod in summo exordio libri Genesew, addimus de nostro etiam, & toties passim, quoties nominis hujus nudè vel positi *Elohim* in sacris fit mentio, summum hoc venerandumque mysterium nobis commendetur. Adeoque statuimus, freti vel vi solâ hujus nominis, atque integræ item phrasew, (si non item præceptis Logicorum, vel Grammaticis) quem in probando, inquam, locum habent reliqua vocabula omnia, quali acunquæ etiam, sive potius, quem argumenta à notatione similium vocum atque terminatione & usu harum desumpta, eundem, inquam, & nostræ impr. voci vel phrasi reliquendum esse, nec hoc penitus deturbandas. Ac inter locos topicos vicissim sive dialecticos quidem, quos vocant, id argumenti genus famillam suam ducere, cæterâ agnoscimus, ac res nota vel tyronibus id est: at enim vicissim, si nomina rebus suis satis benè & exactè, ut fieri debet quidem, conveniunt, satis firmiter & illa concludere, vixque non ἀπόδειξιν constituere, quis est qui negabit? Nominum, inquam (repetere enim & hic deniq; postremoq; omnium operæ pretium fuerit ea, quæ concocta dudum esse jam & notissima omnibus debebant) vel saltem nudè & extra compositionem etiam positorum, ut notum est, vis & ea magna est nonnunquâ, cum in docendo tum disputando; & nomē sine actu & officio suo nihil est: actus verò ejus est signare vel significare rem certam ac determinatam: nec frustra coeperunt item certè eadem aut casu, sed secundum convenientiam suâ, quam habent cum rebus, excogitata ad inventaque sunt. A genuinâ porro & nativâ significatione nominis non recedendum est temerè, & quavis levi de causâ, nisi, inquam, cogat rei quædam absurditas sive disconvenientia cum hoc. Deniq; cui competit nomen, eidem & significatio nominis attribuenda ad eò est: puta, cui verè, realiter & propriè convenit nomen, eidem & res, inquam, significata hoc nomine: & posito tali, cui

M. exactè

exactè & dicto modo cum re convenit, etiam rem ipsam poni necessarium erit; vel, & hinc perque consequense eandem probari quodammodo posse quis negabit? De quo, inquam, alibi satis & plus fortè hæctenus, ac in pagellis præcipuè etiam Logicorum V. illos. Ad finem itaq; *Διαλεβής* hujus mox nunc collimaturi, tali Syllogismo rem placet includere, nomen *Elohim* nudè & extra combinationem positum saltem quod concernit; de integrâ phrasî sive structurâ *אלהים ברא* idem esto fortè vel non absimile tamen huic per omnia judicium:

Omne Nomen numeri pluralis (sc. ratione termini) contradistinctum suo singulari & ipsi usitato, infert ratione & vi formæ suæ, & in sensu quidem suo nativo, appropriato sive principalissimo, necessariò pluralitatem; & in rebus quidem per se subsistentibus atq; intelligentibus supposito- rum vel personarum:

Nomen *Elohim* de DEO uno, vero, usurpatum est nomen numeri plur. sc. ratione termini sui, contradistinctum suo singulari & ipsi usitato: Ergò &c.

Porro:

Cuicunq; competit Nomen, puta verè, realiter & propriè, h. e. cui convenit cum re satis & exactè: eidem rei & significatio ejus nominis necessariò attribuenda est, vel; eidem & res significata hoc nomine attribuenda est:

DEO uni, vero &c. competit nomen plur. *Elohim* (eo quod hic unus Deus, etiam in personis sit trinus) verè, realiter &c. E. DEO etiam significatio hujus nominis pl. *Elohim*; vel E. eidem & res significata hoc nomine, nempe pluralitas personarum necessariò attribuenda est.

Velita:

Posito nomine, cui convenit cum re verè, realiter & propriè, necessarium est rem ipsam quoq; poni & existere, quæ nomine hoc significatur:

Sed datur sive ponitur ejusmodi nomen scil. *Elohim*, cui exactè, verè & realiter s. propriè cum Deo nempe trinuno, glorioso convenit:

E. Necessarium est &c.

En

En ἀπόδειξιν qualemcunq; Eant nunc atq; dubitent amplius ergo aliqui (qui haecenus nempe) de sensu plurali hujus Nominis divini, & an vi & ipsi sua nativâ quodammodo vel præcisè potius etiam pluralitatem dicat, denotet, inferat atq; probet personarum unius Deitatis, & an solidioris deniq; argumenti insuper speciem obtineat res hæc, vel saltem ea adversus antitrinitarios adversarios, vel quoscunq; etiam alios, extra periculum, inquam, subsannationis aut præjudicij cujusdam uti possimus. Ac tantum deniq; de hoc quoq;

89. Alteram Quæstionem, quæ & insimulatq; semel annexa huic superiori, præcedenti inquam, fuit, quod concernit, quæ quæritur: *an etiam SS. Trinitatis mysterium præcisè & in specie ex hoc Nomine vel allegatâ item toties pbrasi probetur, vel possit probari?* Resp. Ex numero plurali hoc, vel præcisè ex vi atq; terminatione aut structurâ harum vocum non: non immediatè, inquam, sed mediatè tunc probamus verendum hoc SS. q; mysterium. Non enim ternarij, qui neu ullus etiam est reperiturq; uspiam in aliâ aliquâ lingvâ, sed pluralis numeri est nomen hoc *Elohim*. Atq; id argumentum vel exceptio potius Enjedini aliâs est, quanquam levioris valdè illa momenti, quando quærit: num plurale ergo significat tria? Inquimus non, minimè: sed tum postea ulterius veniendum progrediendumq; a jam, est: atq; hæc pluralitas jam ad ternarium numerum restringitur beneficio S. S. Scripturarum, quæ totidem personis circumscribunt mysterium hoc SS. vel quia, inquam, pluralitas illa voce illius numeri insinuata, à genio lingvæ hujus, vel Spiritu S. potius, in dictis S. Scripturæ expressis evidentioribusq; alijs ad ternarium hunc numerum refertur: quod, ut ne longè abeamus, statim juxta vel post locum nostrum *Genes. I, v. 1.* in commatibus subseqq. fit, ubi, ne cum Valentini-
anis, alijsq; de grege hæc, hæreticis aut infidelibus etiam planè, plures, quàm tres, vel innumeræ quoq; cogitèturq; excogitèturq; personæ, statim subjicit Sapiencia divina enumerationem personarum: וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אוֹר וְרֵיחַ אֱלֹהִים מְרַחֵף עַל פְּנֵי הַמַּיִם
DIXIT DEUS sit lux: & Spiritus Dei motabat
super aquas vers. 3. & 2. conf. *Psalm. XXXIII, 6. & Job, I, 1. seqq. & c.*



90. Postremò omnium *quale* hoc Nomen divinum ratione sui sit & quid notet ergò in universum vel præcisè potius non immeritò etiam quæritur? Resp. 1. Non est nomen Dei essentialè, essentialiam simplicissimam ejusdem quod denotet; quod est illud potius, quod vocant καὶ ἐξοχλὸν tale, & τετραγράμματον vulgò, יהוה nempe (de quo nunc quidem non disputamus tamen, an sit & ipsum illud τετραγράμματον tantopere celebratum, an minus, quod alterius loci est) quod præcisè, inquam, & formaliter DEI αὐθύπαρξιν live essentialiam simplicissimam, indivisam, immutabilem &c. denotat. De quo, inquam, alibi. Sed 2. Personale DEI nomen est: quod, quemadmodum ᾠ יהוה essentialiam ejus indivisam, ita hoc formaliter & præcisè vicissim plures unius Deitatis distinctasq; realiter & verè personas, quæ postmodum alibi ad ternarium restringuntur numerum in Scripturis, denotat. 3. quo tamen ipso non negamus, illud etiam consequenter essentialiæ divinæ unitatem connotare; sed illam δευτέρως, inquam, consecutivè s. per consequens saltem (quia propter ἐναλλήλων illam, quam vocant, trium personarum essentialemq; ἐμπεριχώρησιν, quæ una perfectissimè & presentissimè inhabitat in alia hæc tres etiam unum sunt conf. 1. Job. V, 8) non verò præcisè & in suo formali aut ex se, h. e. ut dictum (vel quod idem est) tantum secundariò, non primò. 4. Ullibi verò locorum in S. Scripturâ essentialiter id poni, quod est, præcisè & ex se vel immediatè notare DE essentialiam, ubi ubi etiam sit locorum, de eo est quod valdè dubitamus. 5. Porro id nominis personale, (ut jam ex parte etiam dictum est) præcisè nempe atq; in suo formali, adeoq; κυρίως & principalissimè *Collectivum* nomen est, quod simul & semel omnes tres unius Deitatis personas comprehendit atq; simul sumtas denotat. 6. Nonnunquam tamen & id, sed hoc rarissimè quidem, δευτέρως atque in sensu tralatitio distributivè sumi, atq; unam vel alteram saltem, hanc nempe vel illam, quam textus circumstantiæ insinuant, personam vicissim denotare concedimus, moti præcipuè locis hisce S. Scripturæ: *Genes. I, vers. 2. seq. Psalm. XLV, 8. Hos. I, 7.* &c. sed hoc δευτέρως, inquam, saltem atq; in sensu modificato live accommodatio; neq; id vicissim tamen etiam sine
omni

omni ratione, sed ob prædictam ἐνάλληλον personarum harum περιχώρησιν. circuminceptionem, quam alij vocant. V. Augustin. de SS. Trin. lib. VI, cap. ult. Damasc. lib. III, cap. 4. alij. Ex quo tamen nihil decedit unquam significatui palmario, qui est collectivus & pluralis in se & primò. Quemadmodum enim nihil derogat unquam Græco aut Latino nominibus Θεός & DEUS, quæ essentialia in se sunt, huncq; in modum aliàs Deum denotant, licet nonnunquam etiam personaliter usurpentur, imò planè Creaturis etiam accommodentur: aut cuilibet etiam voci alij, quando à suâ nativa significatione paululùm recedit, ita & h. l. nostro Elohim. 7. Præterea id ipsum DEI nomen proprium, non appellativum esse; essentialè porrò, quia consequenter tale, non verò nudè officij, aut potestatis vel dignitatis cujusdam statuimus, primò quidem id, inquam, & principaliter vicissim contra Photinianos impr. Socinum contra Wick. p. 379. Volan. p. 186. Enjedin. in proem. Johann. p. 160. Schmalz. in exam. 100. error. error. 3. p. 9. item Mercerus in h. l. p. 37. col. 1. alios: non ignaris equidem aliàs nobis etiam earum, quæ à doctissimis Ebraistarum requiruntur, conditionum, ut aliquid sit nomen proprium & c. item: illicet (obstante neq; eo) vel etiam nonnunquam Creaturis tribuatur: modificatæ enim & restrictæ illæ significationes nihil vicissim palmariæ & nativæ derogare unquam possunt. Neq; hæc illis, sed illæ huic significandi suum modum acceptum referunt; neq; enim, inquam, à Creaturis ad Creatorem Deum, sed ab hoc ad illas translatum est, secùs quam sentit Mercerus supra cit. I. Quod vel sola nominis originatione svadet, ut alia taceamus. 8. Id ipsum nomen unum ex principalissimis atq; palmarium alterum est (nota:) Cabbalistæ notante Galatino, de arcan. cath. ver. l. II. c. 17. LXXII. vel aliâ certâ ratione quadâ (juxta nimirum horum computum) Ιο CC XX Dei nomina numerant) quo se Deus honorat vel κατ' ἐξοχὴν quasi in Scripturis S. nominat; & quod ab initio mundi adeò in hagiographicis fuit usitatissimum. Vel enim in solo Verbi divini capite primo, scil. descriptione operis illâ creationis sex dierum XXXII. usurpatur, infinitis verò vix non in locis alibi. Unde etiam toties non sine gravi quadam causâ conjungitur cum altero

τετραγεννατω nempe יהוה : quorum hoc essentiam divinam, illud pluralitatem personarum, utrumq; junctim sumtum S.S. tremendamq; Trinitatem denotat adeò. Conf. suprâ §.77. Et quemadmodum illam, essentia nempe suæ unitatem expressis S. Scripturâ dictis, hanc verò personarum Trinitatem conceptis itidem verbis, utrumq; verò junctim nonnullibi locorum etiâ hoc modo expressit, & ad credendum summum Numen fidelibus suis proposuit: ita seorsum, junctim, illam, istam & hoc, sc. dictum mysterium, in verborum involucris hisce insinuare nobis, & nihil non adeò, quod ad recipiendum hoc S.S. mysterium ullo modo faceret intermittere voluit: (sicut etiam ejus extare in natura quædam vestigia similia per omnia negare id non possumus) quorum absq; dubio omni respexit noster etiam megalander, inquam. B Lutherus, qui in cap. id Genes $\omega\varsigma$, toties citatum, primum scribit: *Deus non loquitur vocabula, sed res subsistentes.* 9. Notatq; ergo tandem Nomen hoc plurale, toties repetitum, *Elohim* in suo formali & præcisè non in sensu singulari *DEUM*, non in plurali hoc: *Deos* (qui error, inquam, fons & fundus est omnium, reliquorum circa hanc principalissimam controversiam) sed *plures*, & quæ mediante S. Scripturâ ad ternarium deinceps restringuntur numerum, & hoc modo reapse quasi circumscribuntur, *tres* quidem *Deitatis unius personas.* Nec obstat (quam & ipsam jam suprâ, vel ex parte saltem illam tamen eluimus objectionem, impr. Quæst. IX. circa finem pag. 85.) quod nomen singulare יהוה unum Deum secundum essentiam talem, vel essentialiter, non personaliter vel personam unam denotet. Resp. enim quo minus id fiat, ne scilicet concordent per omnia, quod ad significandi modum, singularis & pluralis (1) obstare fundamentum quod in re est, vel analogiam rei rationisq; quæ animadvertitur isthic & hic se paulò aliter habere: Deus enim est, & is unus quidem secundum essentiam unam, non verò una persona, sed plures; sed non plures vicissim Dij vel personæ etiam juxta distinctas diversasq; suas naturas, sed plures personæ unius ejusdemq; essentia. (2) nec opus id etiam est, cum etiam alibi ratio atq; norma cujusque, ut cognitionis, ita nomenclationis quoq; sit rei cognoscendæ & determinandæ certo aliquo nomine Natura. (3.) Sic & v. gr. *Sol* (nom. sing.) significat Solem unum, speciem

speciem illam luminaris magni monadicam, ætheream, per se subsistentemq; realiter. Soles v. (plur.) non ideò etiam plures hujusmodi Soles, quod contradicat hîc ratio vel ipsa natura potius, sed paulò deflectit tum à vero suo significandi modo, recepto nempe in singulari, multitudinis numerus, quod ad materiale nempe sive rem hoc termino plur. complexam s. subintellectam, & notat Soles quidem plures, sed apparentes solum, prout usu veniunt nonnunquam cernunturq; in regione elementari &c. Sed ad rem. Sui simile verò non, aut vix, habet hoc Ebraum nomen שֶׁשׁ־שֶׁשׁ , si imprimis Verbum Dei עֶשְׂרָאֱלֹהִים , & item formam ejus (nominis) spectes, quo vel Græcus aut Latinus sermo naturam illius innâ quidem & simplici notatione simili exprimere possent. Græcus tamen & Latinus, si, ut dictum, satis possent, circumscriberent fortè, & id circumscribunt potius etiam, quàm exprimunt vocabulis: Τριῶδος , Τριπροσωπῆς vel etiam Τριθεωότης , quo vocabulo impr. Gregor. Nyssenus utitur, quod Photiniani per calumniam exponunt: *tripersonatus*: Latinus: *Trinitas*, vel potius, quia vi suâ & exprima impositione rerum ternarum quarumlibet numerum significat, *S.S. Trinitas*. Germanus περὶ Θεότητος , *die drey Personen der H. eiligen Gottheit* / vel *die Dreypersönige Gottheit* / vel *die H. Dreyfaltigkeit* / aut potius *die H. DreyEinigkeit*: vel fortasse, si id vocabuli in usu esset: *die H. Dreyheit*. Enimverò instabis tamen, commodè adhuc, quod ad formam nimirum & rem, etiam reddi posse οἱ Θεοί , *Dei* vel *Dij* vel *die Götter*: quia nomina Θεός , *Deus* vel *Gott* etiam in singulari aliquando significant personaliter, adeoq; *Dij* pluralem, personaliter sc. hunc sumtum, etiam bene tres SS. Deitatis personas posse exprimere. Resp. (1) Nomina Θεός , *Deus*, vel *Gott* essentialia quidem κατ' ἐξοχὴν sunt, usurpantur verò personaliter nonnunquam in secundariâ saltem acceptione: hoc verò nostrum *Elohim* diversæ vel contrariæ potius planè indolis est, & personale est primò, essentiam verò notat, si quando, saltem consequenter. (2) Unde quando pluraliter usurpantur hæ voces: Θεοί , *Dij*, vel *die Götter* ex indole suâ & pro modo recepto loquendi juxtaq; usum earum principalissimum sonant plures Deos, numero sc. & secundum quidem essentias suas distinctissimos; unde tunc hac ratione

in



in divinis essent, vel potius introducerentur tres quoq; essentia.
 (3.) apud profanos auctores, non secius atq; passim vel vulgò etiam,
 nuspiam non πολυθεότητα gentilem notat, ut non sine scandalo at-
 que periculo adhiberetur heic loci. (4) Omnino non assveverunt,
 etiam satis aures nostræ hoc plurali in illâ significatione, persona-
 li scil. quam prætendunt: aliàs fortassis hunc in modum à sanctis &
 piis hominibus extra periculum aliquod majus, sanctè, inquam, &
 piè quidem posset etiam utcunq; adhiberi. 10. Quod si ergò (lo-
 cum *Gen. I, 1. cum subseqq. vers.* quod attinet) si, inquam, eundem
 debuissent, aut voluissent *Ἐξαφράξεν* hunc in modum, dictum,
 nempe, ita potuissent securi literam textus quodammodò (non-
 dum enim per omnia vel tam clarè expressissent & essentia unita-
 tem & personarum insimul & semel pluralitatem) LXX. aut Lati-
 nus: *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ἡ ἀγία Τριάς* (vel *ὁ Τρισυπόστατος Θεός*)
τὴν ἄβυσσόν καὶ τὴν γῆν *Vers. II. ἡ δὲ γῆ &c. καὶ πνεῦμα Θεῶν* (persona-
 liter acceptâ voce) vel *τὸ Πατὴρ καὶ υἱὸς ἐπέφερετο ἐπάνω τῶν ὕδα-
 τος.* *Vers. III. καὶ εἶπεν ὁ Θεός* (personal. intellectâ voce) vel *ὁ Θεός*
πατὴρ &c. *In principio, vel principio creavit S. S. Trinitas, vel tres*
unius Deitatis distinctæ personæ cælum & terram. *Vers. 2. Et terra erat*
inanis &c. & Spiritus S. Dei (personal. iterum intellectâ voce) vel
Patris & Filij ferebatur super aquis. *Vers. 3. Et DIXIT DEUS*
 (personal. &c.) vel vicissim: *Deus Pater &c.* Germanus: *Anfänglich*
schuff die selbständige Dreypersönige Gottheit / vel die H. Drey Einig-
keit (Dreyheit) Himmel vnd Erden. *Vers. 2. Vnd die Erde war wüst*
vnd leer / etc vnd der H. Geist Gottes (scil. personal. voc.) vel Gottes
des Vaters vnd des Sohnes schwebete auff den Wassern / Vers. 3.
vnd Gott (pers.) vel der Vater sprach &c,

Tantum.

tia.
am,
at-
nt.
ona-
is &
, &
(lo-
em.
um.
non-
nita-
lari-
eōs)
ona-
yda-
eōs
tres
erat
) vel
LLS
gliche
inige
wūst
ottes
f. 3.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



GA B B A L A

F B R A O R I M

Historiographum, iuxta Auctores

et dignos, capi. Cuiusmodi sunt, et hinc divini

Vnde dicitur, omnia, et in quibusdam

locis, hodieque adhaerent, hinc signum

Cuius est in hinc signum

ANDREA SENNERIO

Professore in Acad. Vindob.

WITTEBERG
Luna Joh. Vindob. hinc



01 A 6640


ULB Halle 3
003 108 309




Sb.

VD 17







22. 23

כאלהים

De

DIVINO NOMINE

ELOHIM,

& imprimis

Nobilissimâ, eaq; vexatâ multum
Controversia: an ex hoc Nomine plurali, & præsertim
hoc juncto Verbo singulari כרא, Genes. I, v. 1. vi & ipsâ vocum ac con-
structionis quodammodo mysterium SS. Trinitatis, vel sal-
tem pluralitas personarum in unâ divinâ essen-
tiâ possit probari?

DIATRIBA PHILOLOGICA

Contra

Judæos, Photinianos, Pontificios, Calvinianos
atq; novatores nonnullos.

Ad Cujus Quest. IX. & Xam.

PRÆSIDE

M. ANDREA SENNERTO,


Lingvæ Sanctæ Professore Publico, & h. t. Collegij Phi-
losophici DECANO,

Respondebit publicè

M. HEINRICUS Meley

Deliciô-Misnicus.

ad d. XVIII. Septembr. in Auditorio majori.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typog.
ANNO MDC XLV.

